ore nunc quoque, in magnis angustiis non mediocriter
me consolor. Neque unquam desinam confiteri tum apud De
um, tum apud homines maximis me tuis beneficiis per
petuo devinctum esse. Vale. Nam scio te curis et laboribus
te esse distentum: ut necesse sit prolixe distrahere tuum
animum scholastica loquacitate. Nec postulo, Reverende
Doctor, ut meis ineptiis quidquam respondeas, satis est si hoc
assequar ut intelligas ex tuis immortalibus erga afflicta
tam Ecclesiam officiis meos erga te amorem, studia, obser
vantiam (quod fieri posse nunquam putaram) magnam cumu
lum accepisse. Rursum vale tum meo tum Francisci nostri
nomine, qui enixe cupiebat cum scriberem literis meis
tuae pietati commendari. Deus clarissimam coniugem tuam
laboris tui vitaeque columen prosperet diuque servet. Amen.
Kalendis Januarii 1568. Bremae

Johannes Molanus.

M. Georgio Sylvano in Flandria 134)

Pax Christi.

Venerande frater Georgi Silvane cognovi jam pridem multo
rum fratrum testimonio quam fidelem operam impenderis
patriae nostrae in amplificanda justitia regni Dei & Domini no
stri Jesu Christi. Haec una mihi satis vehemens causa est,
ut te sincere diligam et ardenti benevolentia complectar.
Quum enim omnes, in quibus aliquid est Dei, diligere debeamus,
tum eos imprimis, quos Deus segregavit ad procurandam
multorum salutem quae est gloria ipsius. Sane mihi est
optabilius, nihil dulcius, quam cum servis Dei zelo
inflammatis vel toto aevo consumi. Nihil sunt caetera
vitae commoda si cum arcano illo fraternae societatis sola
tio comparentur. Quae quidem ego quia domi jam fere
destituor subducta coniuge carissima simul et piissima,
tum etiam sublatis e medio tribus idoneis Ministris quo
rum fide et diligentia doctrinae puritas utcunque reti
nebatur: proinde feras profecto, [illegible] et qua possum
animi contentione memet adjungo eorum congressibus
qui ex sinceritate Dominum diligunt et colunt. Interea
exercitia sanae doctrinae et legitimae vocationis, quae
mihi Magistratus in schola libera esse voluit, per gra

tiam Dei sic urgens quotidie, ut nulla mihi sit justa cau-
sa vocationis deserendae. Sit igitur mutua inter nos
charitas, quam communis fidei vinculo copulatam ta-
tis per epistolas tanquam absentium sermone confovea-
mus, donec res ipsa ferat, ut etiam dextras jungamus mu-
tuas, conspectu fruamur. Stachhuserum cujus pietas
jamdudum mihi commendata erat, non potui exora-
re ut diculam unam tecum commoraretur. Nisi me
fallit conjectura, fastidivit res nostras, quae neque splendo-
ris quidquam habent, neque tantum quantum ut rara
ingenia requirunt integritatis. Sic sunt Ecclesiae Saxo-
nicae, trahunt etiam nunc in ceremoniis non minimum
faecis Papisticae, quod a peregrinis lingua potest oppugnari, ta-
men non potest: et sunt in iis, quae tolerari sit satius quam
nequicquam exasperari. Plerique umbrae et imaginibus repugnan-
te religionis utuntur, hanc ipsam ut inanem studiose persequen-
tur: illi superba ut nobiscum et graviter queruntur: sed qui al-
noverant (quod est in proverbio) frangi possunt, quae in sem-
vum invaluerunt, at corrigi non possunt. Cum ergo ipsis libe-
rum est ad coetus puriores sese adjungere, non immerito
nos nostraque contemnunt. Nos quoque id aliter cecidit:
Gratias agimus Deo quod hic quoque habemus et praesentiae
ipsius et paternae erga nos benevolentiae testimonia. Su-
gillarunt me mei patriotae jam pridem, ut dixerim, quae
videris meliora, inter Saxonas consenescam. Non etiam
verbis meas maculas, agnoscam easque et defleo. An-
te annos 15 patria relicta contendi Emdam quaesitu-
locum in schola, qui quum mihi nullus ibi esset, suasit
M. Petrus Alemannus Cons: ut ad Doctorem Alle-
me conferrem, fecit, et manum injecit, et me in hoc Ge-
mentis scholae pristinum praeceptorem dedit, quo tempo-
re nec audita mihi erant, nedum intellecta, Ecclesiarum
dissidia. Quibus quum hic paulatim omnia sic exacer-
barentur, ut in libertatem conscientiae non faci-
le me possem asserere, non invito Senatu Domini
post septimum annum me transtuli Duisburgum
Cliviae: illic quadriennio in scholis absconditus, quum
et Bremenses revocarent: et illi sumptibus facti,
non aegre dimitterent, ad vestrum hospitium veni, prae-
sertim hac spe productus, quod jam praesagirem Dei
manu fore ut hic ministri seniores bene affecti

essent erga eorum Euangelicæ puritati conformentur: decreuis-
sesq; Senatus, ut nos eadem cum Deo in scholis moderemur. Illi
ego Urbi me, quæ me tantis multis beneficiis suum fecerat,
tanquam alteri parenti non potui deesse. Cæterum ea
spes ministros nos frustra habuit. Dominus enim in-
grata populi defectione accepisse, omnes eorum conatus
irritos fecit. Ego multis magnisq; malis tanquam fluctib.
a Domino conflictor, vel pertinaciam meam, vel erroremnis, sic
nolentem senatum et populum, ut in mea vocatione solari,
ea non minore fruar doctrinæ conscientiæq; liberta-
te quam vel istic, vel Heidelbergæ frui possem.
Sed ea quamdiu fruamur in Dei potestate est, nam nun-
quam enim graviter excidisset, interdum velut
oppressa criminis et terroris pene merguit. Quid
igitur restat? nisi ut per famam quave infamiam perfi-
ciam cursum delegatum, nec sine vallet totum mundum Christum
monedale, quæ nedum finem defecit, absterreri patiar
à tam necessaria vocatione. Quæ nisi me retineret
Cubante coeperam dicere, nihil esset mihi optabilius,
nihil magis in votis, quam cum viris doctis et piis
hoc extremum similibus vel istic vel consumi. D. L.
Rhetius solebat me facere certiorem, si quid vel in Gallia
vel in Brabantia audisset, quod mea scire interesset.
miror nihil audire nunc per istos, quasi si tremilam a
sum ita altissimum est locus despiciendum. Deus exten-
ta manu sua laxet claustra, leve et oppressiones extollat
meis fratrum et fratrum vestrorum. Amen. Vale
dilecte Silvane cum pia uxore, cum Battico me tan-
et D. Cornelio Rhetio, ineunte vere si veniemque ex tan-
tis Dominis, veniet huc ad limitem vestri studia
fessimam non mediocrem mihi consolationem allaturi
nucis. Vale. Postrid. Calend. Febr. Attendite inter
turbulenta negocia atque remonias scholasticas.
1568.

Amicus et frater.

Johannes àLasco.

a D. Cornelio Licen. Rhetio Endaz

Pax Christi.

Quamvis sim vocatis dilecte frater Corneli
Rhetio, tamen ne quem meas ad istarum literarum
dexteræ, accinxi mihi vulgari sermone pratrixum pro
verbium. Alteros amicos nataris ne ternoremque oblivi-
scere, non potui committere ut videri possim parum

135]
[= Mscr. a. 7:
Nr. 185]